reuerenter, et deuotè, ut conuenit, regeretur, et stabiliretur ad maiorem diuini uerbi corroborationem publicis topis excusum. Sicq; in communi obseruantia re ipsa factum, et conclusum extiterit. Propterea sua Cæs.a M.tas arbitratur, et ita desuper admodum gratiosè, paternè, ac prouidè sibi ipsi statuit; quod in primis, et antè oia, præcipuè uerò antè interuentum, et deliberationem suæ M.tis declarationis, ad ipsam tractationem, ac unionem in sæpe dictis ceremonijs principium fiat ac post incontinenti ulterius procedatur, et secundo sequenti forma ad speratam regulam, et metam per deputationem tractetur et perficiatur.

Et in summa sua Cæs.a M.tas paternè, et gratiosissimè ex parte sua separatam offert, ad deputationem trium, uel quatuor laudatorum, præstantium modestorum, moderatorum, ac prudentum uirorum, quibuscum duo supplices status, ex Nobilibus, et Equitibus pariter, et in eodem numero suos etiam similiter modestiæ integritatis, et prudentiæ qualificatos deputent, quibusq; hinc inde deputatis sua Cæs.a M.tas adhuc aliú ex suis intimis Consiliarijs in ea re directorem idoneum adiungere gratiosè putauit; ac proculdubiò existimat illos omnes debere, et posse diuina fauente clementia huic necessario operi non solum statim bonú principiú accomodare, sed etiam cum ea, qua magis fieri poterit diligentia, bonoq; Zelo omni affectu particulari remoto, tantum perficere, quod; ut præfatum est; firma agenda, et ordo in administratione sanctissimorum sacramentorú, aliarumq; ceremoniarum pariformiter ab ipsis duobus statibus, prænominatam Augustanam Confessionem profitentibus quam sæpius petierunt, et adhuc petunt, post suæ Cæsareæ Ma.tis subsecuta declarationem, ipso facto observetur, et exerceatur.

Eo igitur peracto, nempe quod; ut supra dictum est; paucis diebus, ac sine longioris temporis mora, imò adhuc durantibus ipsis Regiminis Comitijs expeditè conclusum fuerit, et determinatum, quo iure super præfatis omnibus æqualitas seruanda sit, et adimplenda; tunc et eo casu sua Cæs.a M.tas ratione concessionis, ac petitæ connuentiæ talitor se declarabit quod utero status, cum maximis gratiarú actionibus, sibi ipsi factum fuisse satis existimabunt, Nec non summa animi consolatione suam Cæsaream Ma.tem omnibus debitis obsequijs, et gratitudinis prosequendi ob eam causam se obligatos esse dignoscent.